

Officio iungere Deum, quibus ipsa potentis Numini accendit castam presentia mentem. Hincque Deum Deus ipse tulit, patuitque ministris.

Ita quidem præcepta naturalia & moralia exercuit Iob, & cum esset in terra Hus, ut patet cap. 31. totamque legem, utpotè scriptam in tabulis cordis. Modò in Lctiones AA. pro Tautologia.

Varitas sectionum.

28 Sic facietis & observabitis & implebitis opere. Hebr. Caiet. & etiam Rab. Ionathas ad Deut. 28. 13. Ad custodiendum & ad faciendum. Samarit. Intelligentia vestra in oculis populorum, si facietis, observatis & impletis opere. Arabic. Accurate custodite. Maluend. Observare observabitis. Alij: Servantes facietis. Cuncta sparsa in Literæ expositione. Aliqua ergo dicamus, ut legem exactissime observemus.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus excus.

- 1. Sic facietis & observabitis. Quis non facit, dum observat? Qui observat legem ut frangat: igitur ruptæ conscientia legis præcipientis opus, risus & risus.
2. Observabitis & implebitis. Quid utique perficiendum, si ad usque consummationem observatum? Ultra consummationem. Ultra obedientia finem: equidem obedientia summa perfectio, ubi impossibilis indicatur executio.
3. Sic facietis & observabitis. Minimè lex observatur, nisi sic ab obediente observetur: etenim obedientia perfectio, plusquam in entitate, micat in modo.
4. Observabitis & implebitis opus. Non superfluit, dum in legem observantiam opus addit, quandoquidem verba & verba non sunt legis observantia.
5. Facietis, observabitis & implebitis. Triz in apicem perfectionis; quoniam tunc lex nutriticè observatione impletur, ubi ultra legem observatio perficitur.
6. Observabitis & implebitis opere. Quorsum Opere? Pro amoris indice, & charitatis vulnere; observato proposito & non impleto: quippequam validum amoris vulnus; quod opus perficeretur, quin perficeretur opus.

DIDASCALIA PRIMA:

O quantum bellum pax peccatorum!

Picicell.

Labor virtutis gloriosus.

Boet.

Eccles. 9. 9. Labor ex legit labore.

Novit paucos secunda quies: dictum de Alcide, cælum humeris portante. Vide Picicellum Mand. symb. lib. 3. cap. 22. num. 57. Inter labores Herculis ultimus, id est, maior describitur, verum labore illustratur. Ultimus caelo labor irreflexo Sustulit collo: pretiumque rursus Ultimi cælum meruit laboris. Canit Severinus Boëtius de Consol. Philos. Metr. 7. vers. 29. Cælum lex est, illustrata tot astris, quot literis: & meretur cæli felicitatem, qui portat humeris legem. Aliquibus videtur labor, & est fulgor; quoniam Deus pro merito eximio, fingit laborem in præcepto, & quanvis larva terreat gravaminum, confert laborem gloriosum. Peccatoris hæc est pars in vita, & in labore, quo laborat. Si legem ferret, nequaquam laborando laboraret: equidem admittit Herculis perferendo molestiam; laboraret, sed laboraret in gloriam.

Quis astra gnatus laudibus meruit suis Ex te: Quem tuli, mundum peto. Ait apud Senecam in Herculo Octavo, v. 97. Dicitur virtutis felicitas, unde præter in rationis legem nulla libertas. Gloria plausibilis ostenditur, unde peccator gravatur: equidem hic parit ex labore laborem, & nascitur ille ex labore beatitudinem. Moles utique onus legis, sed stellarum moles, ingeniosa metamorphosi pro virtute tenaci, nec in ardua futili: quandoquidem quem infra premit, supra decurso tempore tollet.
2. Ceterum novit paucos secunda quies. Claret effectus observate legis. Qui legem custodit, laborat: pondus vexat, maximè incurribus cupiditatis, in vetita præpulentis.
Quod licet, ingratum est: quod non licet, acris urit. Et quod laboris lassatio, apparet sine labore dulcedo; quoniam solummodo potest quiescere, qui decrevit ut cælum legem portare. Non

Serec.

Moles legis splendida moles.

Ovid.

Non

Securè qui-escit, qui legem custodit.

Morsus conscientia quæ gravis. Senec.

Juven.

Tim. 4. 2.

Sed nullus in pectore peccatoris. Delir.

Martial.

Non tantum dicitur quies, sed secunda, quippe minimè falsa: equidem quiescunt, qui legem projiciunt, sed labore, & non à labore quiescunt. Gravatur proculdubio legum custodia, aversa hæcine perduelli natura; sed pondere levat, ubicunque gravat, & humeros gravat, quotiescunque prolabium vincula levat, quin quiescere securè possint, quanvis quieverint; etenim in cælo impossibile quod quiescant, cum totum cælum, quod portandum, allidant. Magnum profecto discrimen inter quiescere, atque quiescere securè: magnum utique inter quiescere à labore, & in labore quiescere. Hoc iter perditionis, illud virtutis, quam sic improbi calcant, ac arrogantes pessundant, ruptis repagulis iuris, miscentes sacra profanis, ut citra quietem non quiescant, nec sine labore vivant.

3. Nonne conscientia morsus? Gravis, sed nullus. Gravis, igitur ut ait Senec. Epist. 105. Consumsum vitam & perturbatam impotentes agunt: tantum metuunt, quantum nocent, nec ullo tempore vacant. Trepidant enim, cum fecerint, herent. Conscientia aliud agere non patitur, ac subinde respicit ad se cogit. Dat penas quisquis expectat: quisquis autem meruit, expectat. Tutum aliqua res in mala conscientia præstat, nulla securum: putat enim se, etiam si non deprehenditur, posse deprehendi, & inter somnos moveri. & quoties alicuius scelus loquitur, de suo cogitat. Non satis illi obliteratum videtur, non satis tectum. Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam. Et Juvenal. Satyr. 13. à v. 1.

Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi Displacet auctori: prima est hæc ultio, quod se. Iudice, nemo nocens absolvitur, improba quanvis Gratia fallacis peroris vicerit urnam. Est Ethnica, verè aurea & Scripturæ conformia, ut latè videbimus Tautolog. 8.

4. Gravis est, sed nullus, quippe ex chalybe pectus. Caunteriatam habent conscientiam, quoniam nullam vel intimam sentiunt lethalem plagam. Multi in peccando callum obduserunt, ita ut vix illos unquam conscientia remordeat, qui tamen pena digniores (ait Delirus in Senec. Troad. vers. 370.) virtus, quæ virtus est præmium; peccatum quæ peccatum, penam meretur. Ab assuetis non fit passio, unde lethifera pravo amabilia stomacho.

Profecit potò Mitbridates sepe veneno, Toxicæ ne possent secula nocere sibi.

Ut ait Martialis lib. 5. Epigram. 72. Vid. Gellium lib. 17. Noct. Attic. cap. 16. Non fecus improbi, ex prava consuetudine aberrantes à lege: igitur quod videlicet vel ferrea pungeret, in præcepti ludibrium risum seclere movent.

5. Per risum stultus operatur scelus: dicit Salomon. Vulg. Quasi per risum: & vividè. Catachresis est, ut nota veritatis, nequaquam similitudinis. Ita mens depravata scelerum corruptela: quicquid lex severitate vetat, tantum cogitat, ut rideat; quippe vel gravissimum scelus, claudicantis à lege risus & iocus. Facietis (dicitur) observabitis & implebitis opere. Quis legem opere non implet, dum observat? Qui observat legem, ut frangat, & securè quiescit, quasi in opus observaret: equidem rupta conscientia præcipientis legis opus, risus & risus. Quasi per risum operatur scelus vaser, ut ruat, qui accedit subridenti confidenter: & dicitur machinator per iocum, confidentis nocumentum: quoniam dum magis ridet, insidias fruit, potiunda fraude sub velamine amicitia: igitur tunc altius sedet vulnus, si nudum pectus.

Tacitus dolo, dirumque volutat Corde nefas, clausum ut thalamis fomnoque gravatum Immolet.

6. Aptius proposito. Peccatum ita animam fauciat, ut intimè de vulnere dolseat, erumpente in faciem, quicquid anxie & compunctim detorqueat mentem, quasi in speculum cordis, faucij venenis. Qui ridet, exprimit rictu iucunditatem intimam, qua ostendit hilarem animam, accepta intrinsicè voluptate, ex novitatis dulcedine: & improbus in risum, quanvis Sardonicum, solvitur, dum cor in mortem, criminis telo percutitur, sine vulnere dolore; quippe solummodo gaudet de patrata iniquitate. Scelus intima penetrat, totum hominem trucidat, ut dolore revocet cogitationem, qua perduxit in mortem extra legem: & ille punctus gaudet, vulnusque ridet, dum molitur scelus; quasi in corde non haberet intimum lethale vulnus. Callum obduxit criminum continuatio, ne molestaret afflictio, nec posset respicere, percepto ex iniquitate dolore: unde pro dolore vulnere perfunditur risu, quia inter vulnera vivit, & sine sensu.

7. Causam adducit Hippocrates lib. 6. Aphorism. 53. Deliratio quæ cum risu fit, tutior: quæ verò studio adbibito, periculosior. Semper mens ægrotat, quando morbum risus explicat: igitur si ægrotus gauderet mente,

Prov. 10. 23.

Scelus impij risus & iocus.

Deut. 4. 6.

Corde vulnus amicus fides.

Val. Flacc.

Gaudet peccator de patrata iniquitate.

Delirus est.

mente, quæretur de dolore: risusque ostendit mentis vacuitatem, non cognoscere, qui patitur agnitivem; igitur ni deliraret, periculum non rideret. Iccirò in textu vocatur *stultus*, ubi per iocum operatur scelus: quandoquid facit ductu cognitionis, quod in cerebro vacuo facit phrenitis. Delirium saepe lamentabile non rideret. In natura, quippe occupat portionem nobilioris spiritalis substantia. Quid erit in anima, ubi subigitur libertas criminum pondere? Ibi deliratio non deterior, quoniam mens quod revocari in lumen legis. Hic periculosior, quia traditur mens captiva dominationi libidinis: & ubi scelus per iocum, deliranti imminet grave salutis periculum; quoniam urget scientem, ut crimina enormia faciat, quasi qui nesciat. Ita igitur facilitas peccandi ex crebro protrita lege; indicante risu, quam periculosa deliratio: siquidem phrenitis diva percutiens deliri mentem, transit dirius in furorem. In studio adhibito stat quæ furiosa deliratio. Non ita prima, quia est risus, sed sine studio. Hæc patet defectus mentis: abundantia est illa malignitatis, voluntate laesa, & prava, recedat, sed non depulsa malitia, in qua immobilis stat, & delirium vivit furiosus, quia vult: quapropter lamentabilis in cunctis, fractione legis, qui scelus facit per iocum; quia in furore concepto hoc delirium voluntarium.

8 Ratio suppetit. Haud malum, malum, si cognitum. Malum est, dum non cognoscitur malum; sed malum summum, dum cognitum & non cognitum, ut fit in delirio studioso, atque dolore celebrato risu: quippe quam cognoscitur tantum, ut malitiosè nat, cæterum minime ut doleat: & ubi de vulnere nullus dolor, non solum mentis, sed voluntatis est furor. Non est levitas (inquit Senec. lib. 4. Benef. cap. 38.) à cognito & damnato errore discedere. Ingeniù fatendum est. Aliud putavi. Deceptus sum. Hæc verò superbe stultitiæ perseverantia est: Quod semel dixi, quaecumque est, fixum natiq̄ue sit. Cognoscit protervus errasse, sed errorem non cognoscit, quia protervus: unde ex phrenitide risus; quoniam prius iliget lethale vulnus in animam, quam tateri vulnus in vulneris medicinam. Si hæc quaeretur, minime rideret, sed ploraret: igitur peccarum acerbitas excitat ex imo pectore lachrymas. Equè percutitur, ac lex ab illo studiosè læcatur: iocoseque accipit, quicquid non tantum viscera, sed animam lædit; quoniam ita furit, appetens iniquitatem, ut errorem arbitretur, cognoscere in respicientiam errorem. Imitantur pellicanum & noctuam, sequentes errores & stultitiam; quandoque summa stultitia, errores ut errores non cognoscere. Unde David: Similis factus sù pellicano.

cano solitudinis, factus sum sicut nichicorax in domicilio. Pellicanus delectatur veneno: nota: maior maiore luce caligo (vide plura & speciosa apud Greg. Magn. hic) patet caligo, ubi nox illuminatio; & apta furtivi tenacis similitudo: siquidem illi videtur videre in tenebris criminis, atque lethiferis delectatur venenis. Hinc inhibiti à templo, ut habetur in Deut. 1. 4. v. 17. & 18. igitur extra salutem, qui vivunt toxico, moriuntur sine veneno, ita traditi in voluntarium furorem, ut ponant tenebras in lucem, in vias planissimas aspera, & prava in recta. Tam diram ac duram perverfi propositi obstinationem incurrun; nec familiaritate contubernij, nec humilitate obsequij, nec suavitate colloquij à concepta malitia revocari possint: siquidem dum alij dolent, furiosè ridet. Quem non terretur vox Christi, de cognita & prolata prodicione? Quem gravabat pravitas: ipse Iudas. Audi Bernard. de Verb. Domini. in ult. Cen. serm. 3. n. 19. Sancti Apostoli non parum erant turbati: nam pallor qui erat in facie, declarabat dolorem, qui vigeat in mente: at nihil doloris gerebat, qui astutus rabido portabat peccatore vulpem. Non erat dolens, cui ingens dolor inesse debebat. Se cognitum cognovit; sed risit, & foras exijt: etenim nequaquam se astruere voluntarie furiosum, ni maius scelus adoriretur per risum.

9 Ultra perscrutemur. Exultat improbus; cum malefecerit; & dum sese lædit, risum movet. Risus novitate excitatur, admiratione oritur: & patet mirabile, dissolvi in risum; cui sic peccare, non novum. Stultitia gaudium stulto. Alij merent & iure; quoniam despici, & stoliditatem non agnosci, lamentabili gaudio, quo patent alba precordia, & summa in rationali stultitia: quandoque adinstar deliri gaudet, de quo erubescere debet. Gaudium stulto stultitia. Quis de stultitia gauderet? An qui ut stultitiam non cognosceret? Excitationem haberet ignorantia; verum materiam arripit inverecundia: siquidem cum scelus operetur per risum, de stultitia concepta concipit gaudium. Observa verborum emphasim per Hendiadym. Stultitia gaudij stulto. An plausus ex stultitia gaudij, vel ex gaudio stultitiæ? Primum, malum; quoniam si risus reputatur error, quantum ex errore risus! Secundum, pessimum; quippe quam excitat risum, quod movere debet stetum. Unde inter errore gaudij, & gaudium cogniti erroris, ex stultitiæ plantu delirium majus; quoniam per risum operatur scelus. Prona natura in crimen, pronior in risum homo quasi in proprietatem, exprimentem consuetudinem gaudij stultitiæ, sine moris vellicantis punctum conscientie: etenim ita preceps ruit, ita de crimine gaudet, ut facilis ad

Psalm. 102.

Similis pellicano, & noctuæ.

Bernard.

Delicta ridet.

Prov. 15. 21.

Excitat in malis.

Excitatur risus, unde stetus.

Et malignus.

Voluntariè furit.

Mente cordis.

Senec.

Summa protervitate.

Eccles. 1. 17. Et stultitia.

peccandum, tanquam ad risum: at cum ex risu nullum nocumentum exeat; vel si exit, parvi momenti, cui noceat: grave quidem peccatum funitur quasi per risum: igitur amens ingens scelus & de scelere ridet, quasi rideret, quasi nihil faceret, studio adhibito in voluntarium furorem, quin sese pleret ridentem.

10 *Vae vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis*: dicebat Archiarer N. celestis furiosus Scribis & Phariseis, quibus iniquitas iocum, quibus dolus delectabilis Iudas. Haud *væ* dicit his qui ridet, sed qui *nunc*. Merito, igitur risus in delirium adhibito studio. Peccatum operabantur quasi per risum, prodibat quasi ex adipe iniquitas corum: ex abundantia cordis germinabat copia criminis, quin sentirent alta vulnera anime, morius conscientia, & punctiones legis, lacerationes cordis; imò vellicabant in gaudium vulnera legum, morbo transeunte in furorem, & non revocante mentem: unde dicit iurè *Væ*, sed his duntaxat, qui ridebant tunc; quoniam lamentabile voluntarium delirium, quo stultum ex iniquitate gaudium. Sauciatur anima culpâ, ex qua cordis, & mentis molestia; sed tunc ex crimine risus, ex iniquitate iocum, Iudicra pravitas. *Væ* assignetur: etenim summa infelicitas, videre homines, voluntariè delirantes, proposito insanientes, studio furiosos, consulto phreneticos, ita pronos in peccata; quod rideant vulnera. Risus exprimit animum: peccatum iocum & risum. Unde si ridet, comisso crimine; haud alium animum habent, nisi peccare: quandoquidem quandiu peccant, tantum exultant. Iocum procedit saepe ex animi recreatione: ridebant studentes tunc solummodo iniquitatis, explicito animo in crimina, & consuetudine inolitudo: idcirco *Væ* ridentibus; siquidem duntaxat funitur iocum, quoniam funitur scelus.

11 *Nunc videtis, sed plorabitis*. Idem dixit forori ridenti Antigone, ut canit Sophocles vers. 552. *Dolens quidem certe, si risum in te rideo*. Gaudet & dolet, dum risum rider, imò irridet. Dolet, quoniam pectus charitatis fauciatur, quod deplorandum implus deploratus rideat: & ridet risum, ex iniquitate iocum; igitur bibitur ridendo venenum, ut in inferno experiat, quale ex scelere gaudium. Prædicè loquamur. Peccasti? Resipisce. Non sentis vulnus? Quiescit pectus? Ne dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit triste? Quia non cognoscis, non malum? Et peius, quia non cognoscis. Non tristaris: peius signum,

Sophocles. Non ridet risum, sed à charitate plorandum.

ubi ex iniquitate gaudium. Lethifer languor vomica latente, & venenum aspidum insanabile. Sine dolore peribis; ne percas, doleas. Quod scripsi, scripsi, dicis. Ratiocinatio delirat, cum mens egrotat. Nec conscientia mordet? Nescis, quia benignitas Dei in penitentiam te adducit. Dormire fuit sentibus deliciis putas? Ita infensibilis iaces ad plagas? Ita quiescis in bello, imò in conflictu, quasi in pace? Theaurizas tibi iram in die vindictæ. Imminet infernus, & gaudes? Tormenta rides? Rideberis. Non resipiscis? Non penituntis penitebis. Quid ergo? Impossibilis conversio. Narrare fabulam surdo. Percussione non percutitur, nec vulnere vulneratur; quippe percussus non dolet, imò nec dolorem sentit, quem tenet pravitas, adinstar aspidis obturante aures suas. Nihil recogitat corde, mentis delirantis agritudine, quippe non ex ignorantia malitia, sed ex malitia ignorantia; unde periculosior deliratio, siquidem ex proposito.

12 Adinstar phocatum tempestatibus dormit, & inter procellas in utramque aurem sterit; quoniam delidi tonitrua musica, fulmina harmonia. Ruit æther, irruit nimbus, sed phocis perpetuus somnus. Cuncta pro captu sunt frustra, quippe vel dormientes ridet iacula. Dicit Oppianus lib. 1. *Halicutic*. *Piscantes multo turbati corda dolore, Hic hastam, & fortem clavam, validumque tridentem. Non hami penetrant phocas, saviq̄ue tridentes.*

Sic pisces inter nodosa in retia phocas Distinctos maculis laqueos, non retia densa Retia, & auxilium perituris piscibus adsunt. Nam subitâ percunt capitis per vulnera morte. Obijcitur ad unguem speculum, quo pax cogitetur peccatorum. Bellus immanes retia legum rumpunt, quin pœnas formident legum: quandoquidem etiam dum fulmina terrent, dormientes iacent, & pericula ridet.

Artus in littore ponunt, In terra dulci solventes membra sopore. Excitabit dulcedine hamata charitas? Non hasta, tridentes, namve penetrant phocas. Nec gloria movet, nec pœna terret, nec æternitas excitat, nec pondus gravat. Ad quid? Subitâ pereunt, ut semper pereant, per vulnera morte. Venit mors super illos, depalcit eos, ac descendunt in infernum, ut solvant, qui solvebantur in risum: igitur ut solveant flammam, infernus

Deliratio ex proposito.

Conditio phocatum.

Oppianus.

Idem.

Symbolum pacis peccatorum.

quanvis peccator, ut aliò dicit Horatius lib. 4. Od. 4. vers. 61. Non Hydra, secto corpore firmior, Vinci dolentem crescat in Herculem.

Horat.

DIDASCALIA II.

Obedientia perfecta etiam ad impossibilia.

IN dono Aeschinæ oblato Socrati stat signum obedientiæ. Socrati cum multa multi inquit Seneca lib. 1. de Benef. cap. 8.) pro suis quisque facultatibus offerrent; Aeschines pauper, Nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi possim, invenio. Itaque dono tibi, quod unum habeo, Meipsum. Nullum maius utique donum, igitur totum se tradebat in alienæ voluntatis arbitrium. Hinc Legislator noster in perfectionis Monachorum summam, non signat obedientiam, sed omnem obedientiam. Omni obedientia se subdat: ait cap. 7. Regul. Sanct. grad. 3. quandoquidem nisi sit omnis, per furtum curiositatis, obediens gradus recedit; quoniam; ut ait Bugnotius hic:

Sui traditio optima oblatio. Senec.

S. Bened.

Bagnot.

In obedientia erit iudicium, cuius impati.

Virgil.

S. Francisc.

Obedienti cur simili cada veri?

Intorto lumine petit. Haud perfecte obediens fit in plenissimum obsequium, qui se non dat & se totum: igitur in obediens iudicium sine iudicio, ubi intercedit aliqua curiositas de præcepto. Aptè subdit SS. Patriarcha cap. 5. Non suo arbitrio, sed alieno iudicio & imperio. Ecce vita & perfecta obedientia: siquidem cor datur totum, ubi fuerit iudicium, cuius imperium. Ubi, ut canit aliò Poëta lib. 6. Aneid. vers. 725.

Spiritus intus alit, totamque insusa per artus Mens agit at molem.

Interrogatus aliquando signifer Christi Franciscus, Quis verus obediens? Respondit, ut inquit Bonaventura in eius vit. cap. 6. Corpus examine. Pone igitur, ubi placuerit. Videbis non repugnare motum, non murmurare situm, non clamare dimissum. Quod si statuat in cathedra; non alta, sed ima respicit. Si collocatur in purpura, duplò palliat. Hic verus obediens est, qui cur moveatur, non diiudicat; ubi loquitur, non curat; ubi transfunditur, non instat; euectus ad officium, solum tenet humilitatem; & plus honoratus, plus se reputat indignum. Curiositas est inobediens vitalitas, quam pro-

pria comitatur voluntas; & plerunque obediens caret vitâ huiusmodi vitalitate, quoniam verè tantum vivit, qui mortuus totus à corde. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam cum ad vos: dixit Præceptor cœlestis mæstis discipulis, proximâ acerbitate passionis. Quid quod hic abeat, ut ille veniat, cum ipse dixerit, dum gratiâ illustratur hominis animus, ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus? Penes attributorum expressiorem inest discrimen. Unde Gregor. Magn. lib. 2. Dialog. cap. 38. ait: Quis sit amor Spiritus, non ostendo. Spiritus Sanctus amor essentialis, Filius est ratio ac sapientia Generatoris, cui omne contulit iudicium: ut cuncta starent ad rationis decretum. In missione Spiritus imperium non est; sed mittitur, ut doceat, quid faciendum, quando fit: igitur cum amor per obedientiam cordium ostendatur; dum filius est in mundo, quis sit amor, non ostenditur: quandoquidem momentum amoris obedientiæ nequaquam summum; dum præfens ratio voluntatibus constat, ad obediendum. Clariùs. Huiusmodi missio accipienda secundum originem; & ut Paraclitus doceat discipulos in obedientiam amorem: unde dum amor uti eximius designatur, rationis absentia meditanter præsupponitur; quoniam præ amore obedientiæ in obtemperante corde, nulla ratio præfens adest, præter rationem præcepti. Est ratio, ut mittatur; at subtrahitur, quando mittitur; ut amor in cordibus discipulorum clarifcat, & in amorem obedientiæ docendo dirigat: igitur ratio præsupponenda in entitate præcepti, verum non invenienda in præcepti executione. Omne iudicium Pater æternus dedit Filio; at in hoc mundo non invenitur, dum Spiritus descendit de cœlo. A ratione mittitur, sed abest à mundo, dum venit, iudicandi ratio; ut absentie expressione, amor hominum intendat in fastidium obedientiæ: quandoquidem si amor venit, dum ab oculis auferitur, cui iudicium committitur; patebit hominis, ubi intaverit præceptum; nullum habere præ oculis ad obediendum iudicium.

Ioan. 16. 7.

Greg. Mag.

Plena obedientia, ubi ratio supervacua.

Ratio superponenda, nò existenda.

Bagatt. & Mafcus. & Turfil.

Subit mentem (& volapè) insignis obedientia Xaverij, & Mauri. Xaverij, dum post mortem etiam se obedientem ostendit, igitur brachium ultrò secandum obtulit; confirmante excellentiam obedientiæ recentis sanguine ex vulnere, ut paterent ex obedientia, quanta miracula. Ille in vita mortuus à corde propter obedientiam. In sepulchro obedientia restituit vitam: igitur ius erat perit vitâ in regno mortis, qui ad obedi-

Xaverij obedientia mira.

Picinell.

Senec.

Philipp. 2. 8.

Christi ultra mortem.

Phil. 2. 21.

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Levit. 17. 11. Quomodi in sanguine dicitur esse animas Vallis.

obediendum vixit adinstar cadaveris. Claudit dum obeditur Ignatio, viso in epistola solummodo subscriptionis initio: igitur literas haud munierat Ignatius pleno nomine, sed caractere initiali, scilicet, I. Non vocantis solum, sed & vocali obtemperavit.

Aptè conferendus circino, cuius epigraphæ, ut videris apud Picinell. in Mund. symbol. lib. 21. cap. 4. num. 32. Si iusseris, ibit in orbem: igitur tot maria tranavit, tot terras obediens vidit, ut adinstar Herculis ex monstris extirparet, Quod terra genuit, pontus, aer, inferi. Ut canit Seneca in Octavo, vers. 15. Quid non faceret vivus, qui obsecundavit vel mortuus?

Factus est obediens usque ad mortem: ait Paulus de Christo Asstetore. N. Extremam videtur tangere obsequij demonstrationem, & processit obedientia ultra obedientiæ finem; igitur etiam vulneratus post mortem, exprimens dilectionem extremam, & simul præbens obedientibus normam: quandoquidem si mors præfigitur finis vitæ; ultra finem transit amor obedientiæ. Vulnere lateris meruit Christus ex promptitudine animi, quanvis dum accepit, immunis esset dolore, cum prævaleret & promptissima obedientia, rogans etiam erui à fratre. Vulnerari post mortem iussit Pater Christi corpus, & ultrò obeditur filius, ostentans opere dilectionem, & animi promptitudinem: igitur si impossibile pati nisi intra vitæ metam; obedientiam produxit & ultra vitam. Sit exemplar & obedientiæ inbar: at flectenda cogitatio in Pauli acumen. Factus est obediens usque ad mortem. Si post mortem alè percutitur latere, lancea crudeli; cur Doctor gentium solummodo dicit Usque? Usque finis est, & etiam mors: quomodo tantum usque in finem, si ultra mortem? Quia post mortem, sicut pridem. Non implicat in obedientia perfecta mors & vita; quandoquidem ingenio amoris videtur vita mortua, & mors vitalis: aptèque dicitur post mortem, & usque ad mortem, quasi ante finem, & ultra finem; ut consistet obedientiæ perfectio ex mortis & vitæ vinculo: etenim cadaver promptè parebit præceptis, si in vita ad obediendum instat cadaveris.

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Quo ingenio in corde obediens vita mortua, & mors vitalis?

Etiones. Quapropter sanguis plerunque pro vita. Psalm. 13. 3-78. 3. Joel. 3. 19. Sanguinem effundere, id est, interficere. Apud Homerum usquequaque: apud Virgil. sape. lib. 10. Aneid. vers. 24. Inundant sanguine fossa. & 520. Captivoque rogi perfundat sanguine flammam. Denique propter utriusque harmoniam lib. 9. vers. 339. Purpuream vomit ille animam.

Virgil.

Id est, sanguinem, ut notat La-Cerda hic. Modo in propositum, Cum mortuum letum milles sentiret, lancea latus eius aperuit, & contintò exivit sanguis & aqua. Unde sanguis, vitalitatis index? Ex obedientia, & obedientiæ vita: igitur in sanguine anima. In alio sic extincto, esset corpus exangue; cæterum in Christo sanguis & recens pro specimine vitæ. Mors in obediens vitalis est, quippe obsequium non inlibet rigens mors: sanguisque è pectore erupit, & postquam viderunt mortuum; quia etiam post mortem erat vita ad obediendum.

Ioann. 19. 54.

Post mortem Christo erat vitæ ad obediendum.

Vitalitas obedientiæ sic. Haud in Calvario post mortem in obtemperantiam mors. Fecit Xaverius iuxta exemplar, quod sibi in monte monstratum est. Quor calidus manat et vulnere. Vita profecto præ fertur in sanguine. In cadavere vita? Habet etiam post mortem obedientia. Est sine sensu sensus, est cadaver & vitale corpus: emittique iacens cadaver cruorem, quoniam ad obediendum, haultum non amiferat vitalem. Non communis obedientia in Xaverio. Ex illa emicat perfectionis magnitudo: siquidem dum communis invenit in morte finem, processit uti singularis ultra mortem: flectuntur enim membra cadaveris, quasi animati corporis. Etiam è cadavere fervens emittitur sanguis. Unde fervet? Ex cordis vitalitate in obsequium ac studium obedientiæ: igitur non sanguinem mittit, qui privatus anima; nec parit corpus, cui deficit vita. Unde ut vita constaret, dum cadaver obedit; è vulnere factò ferventem sanguinem mittit.

Cadaver Xaverij sine sensu, sed non insensibile; inò vitale.

Marc. 3. 5.

Vidit Christus in Synagoga hominem habentem manum aridam, & dixit illi: Extonde manum tuam: & extendit. Stupendum nà miraculum; sed in Xaverio claret amplius prodigium: igitur ibi factum vivo corpore, hic duntaxat in cadavere. Ariditas impedit manus vel levem operationem; verum extensio, etiam obice, delicatè obediens: siquidem statim ac Christus iussit, manum promptissime extendit: & clauit ariditatis operosa vitalitas, quin ad præceptum impediret ariditas. Non dixit arida manu: non possum manum extendere, uti in

Obedientia in mortuo mirabilis.

in motum vitali spoliatus facultate; sed extendit, & tunc vitam acquisivit: igitur obedientia monstravit aridam vitalem manum, non aridam ad preceptum. Non potest esse in motu vitalitas, ubi absint vitalitatis facultas: alius est motus sine motu, sensus sine sensu, facultas operationis sine facultate, & operatio cum facultatis operosa privatione. Miraculum obijciendum oculis, pro commendatione pectoris obedientis; igitur aridus formam ostendit insignem, dum sine motu operatur ultra sensus facultatem. In motu motus obedientia non singularis: sensus sine sensu insignis: & manum aridus extendit, statim ac Christus imperavit; ut effluraret aliquod inusitatum in signe, ex immobili manus ariditate: siquidem sine sensu erat sensus non sibi, sed imperanti; dum sine motu movetur ad obedientiam precepti. Iacet Xaverius in sarcophago, a cunctis propter miracula trito. Etenim corpus incorruptum, uti asserit Turlelinus in eius vita, lib. 5. cap. 23. morte iacebat aridum, cui impossibilis motus, & absens sensus, brachium illi incidendum: & dictum, *Extende brachium*. Extendit. Sensum habet? Sanguis effusus est vulnere dicit. Unde facultas, si cadaveris ariditas? Cui studium obedientia committitur, etiam post mortem facile flectitur, ut per miraculum constet non esse miraculum, sine sensu obedientis promptissimum sensum: quandoquidem in obedientia perfectissima formam, brachium aridum cadaveris movebat in obedientiam. Obediens nil iudicat impossibile. Floret in ariditate. Licet non habeat sensus, tendit in opus. Quid precipiendum in ambiguo, sed indefectibilis preceptorum perfectio. Opem dicere quibat Xaverius, quod olim Iunoni Eolus apud Virgil. 1. *Aeneid.* v. 30.

Cadaver Xaverij incorruptum. Turlelin.

Quomodo flecti miraculum & non miraculum?

Virgil.

Vincit impossibilia.

S. Bened.

Unde Xaverij gloria?

dicit Moyses, *intra facietis, & observabitis & implebitis*. Obedientes iussis docet, executionem prescribit; ita ut dum precepta observant; etiam ad observationem impleant. Implere est perficere: quid igitur perficiendum, si usque ad consummationem observatur? Ultra consummationem, ut fecit Xaverius. Ultra finem, uti obstupuit in cadavere mundus. Observat, qui paret iussis in vita: implet, cuius post mortem etiam vivit obedientia. Ibi obedientia observatur: hic impletur & perficitur: siquidem obedientia singularis summa perfectio; ubi perfecta impossibilis a cadavere executio.

Deut. 6. 4.

Eius obedientia car per seculissima?

1. Cor. 10.

Verf. 6.

Odiu quando est quomodo ista mortale?

Ovid.

Flamma superioris Oedipi.

Mira obedientis sensibilibus insensibilibus cadaveris.

In completu perfectionis.

amo-

amoverit, in obedientiam insensibilis sensit. Audit Lazarus: audit Xaverius. Uterque mortuus, verum uterque ad obedientiam vivus; equidem si perfectio circuli in cadavere videtur, per obedientiam ab utroque perficitur. *Statim prodijt, qui fuerat mortuus (pater circulus perfectus) ligatus pedes & manus insistit*. Impossibile mortuum audire, pedes ac manus ligatum progredi: & utrunque sic mirifice, orbe perfectio obedientia; quae perfecta tendit in impossibile: igitur vincula nullum impedimentum ad ambulandum; cum nec mors obex esset ad obediendum.

Joann. 11. 43.

Verf. 44.

In Mauro odio sine passione.

Greg. Mag. Ambulat super aquas.

Natal. Com.

Fabula Orioni.

Senec.

Rom. 4. 18.

feret pater multarum gentium, per innumerabilem numerum Monachorum. Alii qui accipiunt testimonium (vide apud Alapide) de senectute Abrahae, spe perseverante de semine, etiam frigidissima aetate. Nos autem de Isaac sacrificio, ubi huiusmodi ordinatio; quin filio ob obedientiam occiso, senex fraudaretur a desiderio: igitur ad effectum, nihili quod filius sic, quandoquidem Deus vocat ea, quae non sunt, tanquam ea quae sunt. Modo in textum, primo aspectu implicatorium. Si sperat, quomodo contra; siquidem qui contra, utnuncque desperat? Spes concipitur de futuro possibili bono, & nequaquam de frustrando. Qui credit contra, sperat frustra: qui frustra, desperat. Quo pacto pectori spei ingerenda auctoritas, si nulla boni, contra spem speranti possibilis? *Sperare desperata, est sperare contra spem*: subdit Alapide hic. Optime, atque floridissimo acumine, ut Abraham ascendat in cacumen obedientia. Semen Abrahae Deus promissit. Uti fidelem in verbis fidelis credidit. Uti credidit in Isaac semen obtinuit. Iussus filium sacrificare, tradit in mortem. Amittit spem & fidem? Neutiquam; sed fidem habuit, & tunc contra spem, pater fidei in spem credidit: siquidem pectoris (minime vacillantis) spes tota, ubi filio amisso videbatur amissa. In iugulo faucij Isaac, Abrahae pater ingulabatur spes. Per Isaac speravit pater semen: perdit semen, dum tradit in mortem; sed desperata speravit, & contra spem, in spem credidit; quippe credidit potius contra quae vidit. Videbat destinatum morti, qui simul etiam destinatus semini; cuius factio evanescebat spes, nec ubi ultra respiceret, anxium respiciebat cor. Difficile, imo impossibile erat, sperare quod peribat: verum cum spei sit spectabilis gloria sperare fide firmam desperata; spei sine spe credidit, & perfectius speravit: igitur si contra spem spes maxime perficitur, adoritur sacrificium, ubi spes amittebatur.

Ibid. v. 17.

Alap.

Spes obedientia tota, ubi videtur amissa.

11 Obedientia summitas, ac ingeniosa dexteritas circa impossibile. Miramur in Xaverio exercitium & actionem spectabili cadavere. Modò recogitemus in Mauro circa impossibile actionem sine passione. Spectaculum exponitur à Gregorio Magno lib. 2. *Dialogor.* cap. 7. Placidum adhuc puerulum ad hauriendam de lacu aquam egressum, incuriosum unda raptum à terra se iunxit, penè ad sagitta cursum introrsus traxit, Benedictus est absens cognovit, Mauroque dixit: *Curre, quia puer ille in lacum cecidit, iamque eum longius unda trahit. Res miranda. Ad Patris imperium concitus perrexit Maurus, itaque usque ad eum locum, quo ab unda deducebatur puer, per terram se ire existimans, super aquam cucurrit, eumque per capillos tenens cursu rapido redijt: qui mox ut terram tetigit, ad se reversus post tergum respexit, & quia super aquas cucurrisset, agnovit. Quid dicemus? Mirabimur, & venerabimur verum, quod olim fictum. Fabulantur (ait Natalis Comes lib. 8. *Mytholog.* cap. 13. de Orione) hunc munus à patre Neptuno impetrasse, ut iam super undas, quam super terram posset incedere. Unde Virgilius 10. *Aeneid.* v. 763.*

13 Contemplerur in Abrahae singularissima fide, fidem excessam amulatoris Mauri. Placidus ab unda rapitur: Maurus obedientia patris, quò perit Placidus fertur. In lacu rapido periclitatur focus: Maurus graditur illatus. Videt periculum? Videt, sed despicit. Placidus fertur per undas, & Maurus calcat intrepidè aquas? Ille suffocatur, & hic ingreditur? Per obedientiam desperata speravit, & contra spem in spem credidit: igitur nullum timet ex obedientia periculum, etiam habens alterius coram oculis naufragium. Ubi nullum prorsus dit-

Nulli Maurus timet periculum, nisi ad oculum habens naufragium.

discrimen, obedientie singularis nullum specimen. Socius trahitur ab aquis, Maurus calcat pede vortices; quod minime faceret, ni Benedictus iussisset. Ex socio spes haud micabat ulla, quippe summerfus: ex obedientia spes tota, quia imperavit Benedictus: & spem contra spem credidit; quia ubi focus summerfus, solide trivit. Accinit Bugnotius in *Benedicti. vit. cap. 9.*

Non Placidus puer infidas cum mergit in undas

Vasa lacus, puerum sorbuit unda lacus. Currat ad auxilium, Mauro iubet illicet Abbas:

Nec mora, precipiti pervolat iste gradus. Imprudens pedibus fluctus terit, atque capillo

Eripit hunc undis, inculmenque refert. Haud secus ac oleum, nullis demergitur undis:

Sic unctum e celo non capit unda lacus.

14 Claret igitur qua causa Benedictus ubi supra impossibile obediendum indicat, eo quod obedienti expedit. Expedire? Utique. Dum iubetur impossibile, vincitur, & vincens magnificatur.

Dum Maurus stupet ad monstrum, subiectaque narrat

Hec elementa sibi.

Subdit idem, Non exigua victoria ex impossibili, dum aquae se praebet elementum calcabile; & sine pondere corporis pondus, ut extraheretur ab undis puerulus naufragus. Ab Angelo Habacucus apprehenditur, & capillo capitis in Babylonem portatur. Ita Placidus e vorticibus eripitur. Si aqua fatis in constantiam, Angelo sufficit capillus in subsistentiam. An socius Angelus? Non mirum, conditionem quod haberet Anglicam, qui habebat vitam. Legem Benedictus aquis posuit; & Maurum singulariter in spe constituit: equidem elemento liquido, solido, & spe frustrata in naufrago; si spem contra spem crederat, in spe sane singulariter Benedictus constituerat: siquidem salvus egreditur, ubi focus suffocatur. Hoccine commodum in obedientia. Obedienti in omnibus obediunt omnia, quin exponatur ex tantis ulli periculo, *confidens*, ut inquit Benedictus, *de Dei gratia & adiutorio*. Valida profecto virtus, sed ubi validum pectus, sine formidine cor, ut contra spem sit spes. Sugerit in articulum David. *In verbum tuum superesperavi*. Salutare speravit, & licet anima deficeret, spes neutiquam defecit; quippequam superesperavit, proprijs demeritis denegatum sibi, impetraturus post incarnationem Verbi. In nostrum obedi-

tia articulum reflectendum testimonium. Placidus in lacum, undam hauriens, lapsus cadit, vita pene vorticibus cedit: Maurus accurrens super aquas currit, & calcat. Iussus in periculo properat. Sperat in verbum Benedicti, aut superperat? Dum Placidus in fluenta corruit, Maurus super aquam currens superperavit: igitur si ex Benedicti virtute speravit in discrimine salutem Placidi; plane superperavit, dum se vidit sartumtectum, & in socio labente suffocationis periculum. En obedientia palastra, tendi nonnunquam in ardua, & saepe in gloriam, quippe nanciscitur lauream. Nunquam verius, quam hic illud adagium, de quo Taubmanus in *Fragment. Plant. Bened. parere est imperare*: equidem unda in voluntatis imperio, tradita voluntate imperanti magistro. Quid si iustum, ac creditum impossibile? Dicit vel Ethnicus in *Herul. Oet. 10. vers. 59.*

Quicquid est iustum, leve est.

DIDASCALIA III.

Obedientia perfecta non curiosa.

Quid pro obedientia in perfectionem dicendum, si praedidasc. expositum impossibile practicum?

In via virtuti nulla est via. Ut dixit Sybilla Cumana apud Ovid. 14. *Metam. fab. 4.* & ad virtutem ni via sit obedientia, cuncta devia & invia cuncta. *Per ista monitionum genera ad perfectum animi statum pervenitur* (ait Senec. *Epist. 94.*) *Nulla res magis animis honesta invidit, duobusque, & in pravum inclinabiles revocat ad rectum.* Unde Horatius *lib. 1. Epistol. 6. vers. 29.*

Vis recte vivere? Quis non? Si virtus hoc una potest dare, fortis omnisis

Hoc age delicias. Forsitan recte, qui in libertate, vivet; sed saepe deviat errore, quoniam error latitat in libertate: & minime rectum, si quod debet imperium, voluntatis errantis faciat prolubium.

2 Dixi fuisse in *Liter. exposit. n. 23.* Statuas Deorum, a quibus Ethnici accipiebant leges, ab his ligari ferreis, quasi adamantis vinculis. Qui videtur in venerationem cultus, erat impudens despectus: igitur si ab illis

Maurus in obedientiam quomodo se superperavit.

Taubm.

Imperavit dum obediunt.

Senec.

Ovid.

Virtuti vel de via pervium.

Senec.

Horat.

Dij ab Ethnicis in vinculis tenebantur.

illis fulminatæ leges, ut recte iuxta illas viverent cives: pervicacia erat specie venerationis, leges vinculis obstringi, & illis obnoxios vivere cum libertate. Leges feruntur, ut ferantur, non ut ligentur. Animos vincunt, verum ille non vincuntur. Unde dum cives catenis ligant, & sese legibus obligant, non legum venerantur auctoritatem tenentem, sed rutilam falso praescriptorum speciem: igitur aureis vinculis, catenis pretiosis, lex attollitur in altare; ut cives possint vivere sine lege. De legibus prodit Republica gloria, ubi pectora sine lege tentent corrupta; habentia praepcepta in ostentationem, verum minime in virtutum intentionem praxim: quandoquidem vincula cogitant, quæ leges manent; sed non leges, quibus quasi vinculis degant: quoniam in lege neutiquam sollicitant legem, sed in laxam libertatem latvæ legis solutionem. Quis igitur isthæc sine idololatria excogitavit? Philautia, quæ sese duntaxat quart: igitur ubi lex ab amore proprio fingitur, uti legem, in errore se tequitur.

Lex sine observatione fuit.

Senec.

Philautia, ubi non cor ad amulsiu legis, sed e contra.

Ioann. 18.

12.

August. *Flammæ cordis Augustini.*

Quo pacto Christus lux mundi est.

ne ambulet homo devius in tenebris, & amabilis, & intelligibilis. Si prius intellectio, quam volitio; quomodo amanda, posteriore intelligentia? Quia in huiusmodi fatiendam sitim, prius debemus exponere animæ voluntatem, quam in lucis fulgore curiosam mentem. Exarctat Assertor N. animos in legis observantiam, praescriptorum obedientiam, ne sint in tenebris, qui indigent fulgore lucis. Intelectus trahit res ad se: voluntas fertur a rebus: unde Augustinus prius exprimit amare, quam intelligere; ut eluceat pretiositas obedientie; quandoquidem si diligendo ferimur, & intelligendo trahimur, ut trahere lucem de celo possimus, trahi à luce obediendo permittamus. Extricetur amplius nodus. Amor voluntati est, cognitio mentem subtequitur quasi lux. Voluntas accedit ardens, intellectus quasi inquirens; & qui renuit obtemperans ambulare in tenebris, ut amore posterius munus demittit intellectus; quoniam ad iussa non indiget intellectus acuminis, sed duntaxat in obedientiam amore: quandoquidem viget in perfectionem amoris cæcitas, & nullo modo perfectionis curiositas. Qui curiosus intelligit, de imperatis inquirat, & trahit in iudicium cognitionis iussa, profertendo sententiam sine causa. Qui diligit, à præceptis trahitur, & in obedientiam fertur. Quapropter Augustinus praefert posteriolem intellectu operationem, signans obedientiæ splendidissimam lucem, quia in obedientia, tantum dilectio obedientiæ, & non cognitio mandati: etenim non participabit perfectionis lucem; qui pro amore, intellectus fovit curiositatem.

In obedientia prior cæcitas voluntatis quam investigatio mentis.

Plus videt cæcitas, quæ curiositas.

3 *Lux mundi dicitur Christus.* Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum fulgore amabilis veritatis. Iecirco subdit: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Quomodo sequenda, indicat cordis Augustini flamma. *Ut ad ipsam, duce ipsa, aliquando veniamus; & in illa ita vivamus, ut nunquam omnino moriamur* (inquit hic Tract. 34. in Ioann.) *hanc amemus: hanc intelligere cupiamus: ipsam sitiamus.* Non nitum, quod ficitur lucem, qui bibit longum amorem. Quiquis sitit, aquam de fontibus Salvatoris hauriat (qua in vitam æternam, ut bibat largius, perveniat) non in vas fictilibus, sed amplitudine amoris, & capacitate mentis. *Hanc (inquit) amemus, hanc intelligere cupiamus.* Hic vertitur anima sitibunda tota perrectio; sed ab Augustino plane pervertitur ordo. Nihil volitum, quod incognitum. Qua lege, prius amandum, quam intelligendum? Lux est Christus,

Bernard. *Obedientia curiosa non obedientia.*

S. Bened.

Non intelligenti intelligit.

momenti, nisi in præcepti lati excusationem, & obedientiæ nigredinem; igitur quicquid protrahitur iustus in cogitando, moratur in obediendo, cum ut sit obedientia perfecta, debeat esse sine mora, quin cogitetur aliquid cogitare, sed obedire. Obierva modum, vel ex Ethnico, ut vivas exactius intutum. *Nihil ineptius* (ait Senec. *Epist. 94.*) *quam lex cum prologo. Mone, dic quid me velis fecisse. Non discio, sed pareo.* Summa promptitudo animi, quod pareat, antequam dicat: longaque abest cogitatio curiosa, ubi præcepta prævenit obedientia. Pende: *Dic quid me velis fecisse. Dicat, facere.* Nullo modo: quippe devenitaret obedientiam, adimendo ex perfectione præstantiam. *Facere* præsens est, est infinitum. *Fecisse*, tempus præteritum: & opportunè dicit Ethnicus, *Fecisse*, in summatem perfectissimæ obedientiæ: siquidem in pectore summum, ubi latum præceptum prævenit factum.

5 Minutæ videntur huiusmodi offendicula in apparatu obedientiæ; sed patent ad perfectionem scopuli: dulce sanè venenum, sed venenum; eò nocuus, quia incogitatum. Audi Profanum, ut efformes pectus Religiosum. *Minuta quedam animalia, cum mordent, non sentiuntur* (ait idem ibid.) *tumor indicat morsum.* Viscera exenterabo huius auctoritatis, dum agam de vulnere proprii detestabilis amoris, *Tautolog. 3. Didasc. 6. num. 11.* Ecce toxicum, quod dum sensum effugit, fallit sensum. Utinam quod tacet dolor, supprimat tumor! Postquam Dominus Petro totius Ecclesiæ regimen tradidit: ut regimen, non onus tantum, sed & mortem cognosceret; dixit illi: *Sequere me.* Tunc verò Petrus vidit Ioannem, etiam sequentem, & dixit Iesu: *Domine, hic autem quid? Dixit ei Iesus: Sic enim volo manere, quid ad te? Tu me sequere.* Efulgurat in huiusmodi tractu Superioris imperium, & etiam obedientia discipulorum: ad observandum, uter horum perfectius paruit, ubi Christus in sequelam nutum expressit? Petrus sequitur iustus: sequitur Ioannes, verum non vocatus: perfectiusque Ioannes paruit, dum Iesum vocantem Petrum audivit, quoniam opere animum præ se tulit in imperium iurè promptum, priusquam ad obedientiam, auscultaret imperium. Videat, qui inspirationes celestes negligit, quantum in damnum abdicat: siquidem Ioannes obtemperat, ac audit vocem à Christo Petro prolatam, quasi sibi soli dictam. Sequente Petro, sequitur etiam Ioannes, ut in obedientia pretiositas eluce-

ret perfectionis. Quid iustus non faceret, qui indultus ita obediens? Crevit in summum, cogitans in alterius instantia sibi præceptum: siquidem flamma rutilat obediens voluntatis, si antecedit præcepta Superioris. Hinc mihi ambiguum, Ioanni sic manere, an incundum, vel molestum? lucundum arbitror, ubi Superioris voluntatem cognovit: molestum, quandiu ignoravit: equidem nihil gravius, dum floret avida imperij voluntas, quam obedientiæ suspensionis otiositas; & sic stare, quasi ad nihil haberi.

6 Sequitur Petrus, sed iustus, imò à curiositate morsus, inquirendo de Ioanne, dum consulere debebat obedientiæ perfectioni: igitur tunc obedientia perfecta, quum non curiosa: & illi congruebat sequi; sed sequeretur, vel non sequeretur alter. Hinc illi vox: *Quid ad te?* Modò respondeas muneris vocationis, quid quòd maneat, vel sequatur Ioannes? Vulnere in obedientia notantur, quæ & mordentia non sentiuntur; verum tumor curiositatis indicat, dum imperium Superioris in opus vocat: etenim quasi frigide obsequitur sequendo pectus; ni focus obsequatur, quavis iniustus. Praxim & demeritum in huiusmodi obedientia deponit, ut caveant Monachi, Gloriosissimus Patriarcha. *Si in corde murmuraverit, est implet iustionem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor respicit murmurantis: & pro tali facto nullam consequitur gratiam, imò penam.* Verum dices vel callide, vel frigide: Quamquam murmuratio in corde? Lingua philantia, cuius tumor est in cuspide linguæ. Lingua curiositatis, & mori cogitationis; quin ad opus inquirenti de socio (iussu Superioris sic manente) *Hic autem quid? Respondeat obedientia, Quid ad te? Sequere iustum, ut exequaris imperium, nascens gratiam, & fugiens etiam in opere penam.* Ufvenit aliqua alicui credi à Præfide. Hinc morsus, tumor, atque murmuratio in corde. Cur mihi? Cur mihi soli? Cur non illi? Quare & hæc? Sint & hæc: sed quare sic? Quorsum ista? Et iste quid? O monache! Quid ad te? Momordit culex, tumor est index. Ta sequere institutum, in obedientiæ propositum: siquidem hoc tibi, & soli, & sic non aliter committitur; & nihil ad te, quod focus sequatur vel non sequatur. *Vidimus stellam in Oriente, & venimus:* dixerunt Magi. Pudeat Monachos abdicere Superioris imperium, dum Gentiles sequuntur vel leve signum. Haud magni, quòd obsequerentur pastores, ubi vita stella, securi Reges; igitur si illi celestibus monitis, nuncijs

Suspensio mandati mo-
lita obe-
dientis.

Que obe-
dientia clam-
da?

S. Bened.

Eius in cor-
de lingua.

In quo obe-
dientia cur-
risit?

Matt. 2. 2.

Sublimis ad-
natum & te-
re signum.

Senec.

Optimum,
dum factum
prævenit præ-
ceptum.

Inobedi-
entia, ubi sen-
sum effugit
fallit sensum.

Ioann. 21.
19.
Vers. 21. &
22.

Obedientia
pretiosa, que
antecedit im-
peranda.

Inspiratio
quomodo au-
dienda?

Angelis sequuntur; Reges ad leve signum obediunt. *Hisp. A una leve insinuatione.* Peniteat ergo quòd à nobis despecta perspicua monita, ubi infidelibus, & Regibus sufficient signa. *Vidimus* (dixerunt) *& venimus.* Simul adventus & visus. Illos stella monuit, una duxit: & quanvis omnibus in Oriente idololatriæ apparatus; Reges sequuntur in celo scriptum Superioris imperium, abdicentes quòd alij sequerentur, vel non sequerentur signum: igitur obsequuntur in virtutis perfectionem, excutientes à corde curiositatem.

Sine curio-
sitate.

1. Cor. 14.
20.

Sensus in
obediencia
contra sen-
sus: iudicium
contra iudi-
cium.

Ezech. 1.
12.

Non profi-
cit, qui cu-
riose inqui-
rit.

ditam, quæ proscindit obedientiam: unde interfectum communitatis ordo, quia quòd faciendum, non perficitur ab ullo; eo quòd absistat, ad quem ex ordine munus spectat: igitur unicuique dicit cor, & ordine perturbato, *Quid ad me? Aliena non curo. Quæ debui facere, feci. Ad quem spectat, non dormiat. Non stat, quòd in proprijs angar, & pro alijs sufficere.* Projiciamus à nobis iugum ipsorum. *Murmurasti in corde tuo: non habes gratiam, sed penam.* Non penam, sed gratiam habebunt, qui *moram pati nesciunt, & hæc* (obediencia nempe) *convenit propter servitium sanctum.* Vox sane divina inflammans Monachorum frigida pectora: igitur si quæ incumbunt, faciendi propter servitium; quæ alijs credita, & omissa, etiam per servitium sanctum, comprobant voluntario munere sanctitatem; ad quòd exhibuit, ultra munus, obediendum. Modum planissimè offendit, qui filios in obedientia perfectissimos cupit. Eodem cap. 5. ita disponit: *Vicino obedientiæ pede.* Accipitur à Bugnotio pro summa celeritate, dum accinit hic: *Festinoque gradu ritè capessit opus.*

Quando ar-
rogantia pro
obediencia?

S. Bened.
In obedi-
entia discrimen inter
servitium &
servitium san-
ctum.

Idem;

Bugnot.

Qui dica-
tur per vi-
cinum obe-
dientia?

S. Bened.

Ne desin-
at obedientia,
oratio pertur-
betur commu-
nitali.

Alcuius acumen latet in monitu Benedicti. Scitur, si vacuum aliquando aliquomodo daretur, vel gravia à natura desertura propria loca, ne foret vacuum in universo, & perturbaretur in orbe communis ordo: igitur quodque vicinum, quantumvis ponderosum, volaret supplere vacuum; & huius submotionem, si esset opus, in momento suppleret, quod vicinius. Clarefcit utique exemplo N. Patriarchæ plausibilis intuitio. *Absque ullo labore velut naturaliter, dicit cap. 7. Veluti uno momento, profequitur, ubi dudum.* Ordo communitatis, ut sint in ordine cuncta, exigit in omnibus propria loca; uti levia in natura petunt sursum, & descendunt, quæ non levia, gravitate deorsum. Unusquisque stat in qua vocatione & officio vocatus: itaque qui est in pace locus eius: verum si aliquis legitime occupatus, vel oscitantia deficit à munere; volandum, ne sit vacuum, vicino obedientiæ pede, velut naturaliter, & uno momento, ne perturbetur communitatis ordo: igitur illo in articulo proprius locus, non quem habet, sed quem sufficere debet; quoniam priusquam propriæ commodum quietis, persistat serius & ordo non vacuum communitatis.

9 Defecerat propter duritiam audientium, atque cædes Prophetarum, qui annunciarer populo scelera; ut pravitateatores redirent in cor, prædicationis tuba. Ita in throno Deitatis querula formatur vox. *Ecce*

Isai. 6. 3. ego : mitte me : dicit Evangelicus Vates. Onus ita grave & ultro fuscipit? Illostunc non erat onus , quia respondit , quò vocatus. Nemo vocavit. Sancquam , sed sese offert; quoniam agrè fert , vel dum quiescit , proprium commodum , respiciendo manus vacuum. Hæc delibavi pro quæstione incidente. Dominum in throno sedentem vidit , & illico dixit : *Va mihi , quia tascui*. Quis infit loqui? Quare *Væ*? Unde lamentabile silentium , si tacenti non commissum eloquium? Erat populus gravis iniquitate , semen nequam , filij scelerati , in quorum medicamen egebant prædicatore; & erat nullus , quippequam quisque obvis , quanyis à Deo missus , ab illis fuit interfectus : clamare in peccata atque peccatores , opus erat; sed nullus , quia nullus erat , clamabat; & dum tacet , est non missus , *væ* sibi lamentabile minatur; quia non necessarium illostunc , quòd mitteretur; quandoquidem vacuum officium vidit , & ultro prædicationis munus suscepit. Hinc post , dicit præstò : *Eccc ego , mitte me*; quidem ius non est , populum rebellem vivere ad libitum , quia absentis nemo curat substiture locum.

Lamentabile in vero obedite, vel non iussa, dum in-gruunt, pre-terire.

10 Ne Monache sit in te gratia vacua, ubi focij notatur absentia: imò curre vicino obedientia pedè in vacuum locum , ne deat vacuum. Monopes describitur à Davide superbiæ forma : unipes à Benedicto etiam obumbratur obedientia; ut per utriusque gressus , peccatoris clarescat motus; igitur subsultum in cor pes venit superbiæ iniatiæ , quando vacuum non sufficitur vicino pede obedientia; quippequam vacuum deseritur locus , ut focij absentis innotescat defectus. Extendis tunc arroganter *aquilonem super vacuum* , & ostendis pectus frigidum : siquidem suppleret obedientia celeritas , si non esset in peccore frigida charitas. Parvi tibi momenti videtur , quia nihil ad te , quòd vacuum non substituitur; cum vacuum nuscquam patiatur natura , nec obedientia : & si parvum , facit Deus , ut formides , pondus ventis , & plectitur ab illo , qui inventus est minus habens. Aliquando hoc , quòd dicitur minus , est in obedientia modus : de quo Clemens Alexandr. lib. 3. *Pædag.* cap. 10. *Modus est ubique attendendus* : igitur modo est opus , ut in opere sit opus; quin valeat operis executio , quoniam minimè obedientia , obedientia sine modo.

Psal. 35. 12.

Car ubi non obedientia, ingeritur arrogantia?

Tob. 26. 7.

Modus substantia obedientia.

Clem. Alex.

Ioann. 14. 41.

sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Quomodo per obedientiam cognoscatur amor , diximus *Tom. 1. Tautolog. 5. D. 5. num. 2.* Modò inquirendum de studio amoris in obedientiam , ut imitentur , qui discipuli , formam. Non obedientiam videtur describere , dum subire onus dicit obedientia; equidem non quòd obedit , demonstrat , sed quomodò pareat. Qua forma obedientiam eius cognosceret mundus , ubi obsequentis tantum exponitur modus? In modo obedientia stat : minimè iussa sequitur , qui non obsequitur sic : & dum iussis Patris pareat , parère asserit , sicut mandatum dedit ; quia minimè factum factum , ni ab obtemperante fiat , quando & quomodò faciendum. Rite iubetur , quòd iubetur fieri , ita ut placeat obsecundans imperantis voluntati. Sic iubetur , & sic fit : igitur si voluntas ita , & aliter obedientia ; nullo modo pareat iussis , qui non iuxta , sed contra voluntatem imperantis. Vide quæ diximus in *Liter. num. 6.* Quid factum , dum iussit obedientia contra? Erit proterbitas & nequaquam obedientia. Fulminatur mandatum : citrà , aut ultrà nequit consistere rectum : & Christus , obtemperantium exemplar , sic Patri pareat , sicut Pater , & non aliter , præcepit ; quippe ad obedientium strenuissimos actus , magis quam factum necessarius est modus. In eius amore pareat , ubi discipulis creditur , vocans novum mandatum , modum dilectionis cordium. *Mandatum novum do vobis : ut diligatis invicem , sicut dilexi vos.* Dilectio mutua , non novæ quippe amor est : nova sanè , si sicut dilexi vos. Entitas amoris optima : per modum erit eximia : igitur amoris novitas & magnitudo , plusquam in entitate , micat in modo.

Non obedientia, obedientia sine modo.

Cur ex modo operis perfectio.

Ioann. 13. 34.

Deut. 4. 5. 6.

Sicut præceptum, ita debet esse factum.

12 Haud aliter in legum observantia requiritur obedientia. Scitis legis præceptis & mandatis , populo dicit Moyses : *Sic facietis , observabitis , & implebitis.* Quorsum harum multiplicatio vocum in munere parvum? Si observant , necessarium , quòd faciant ; minimè implent , si non fecerint. Cur igitur sic intimatur faciendia , tibi observatur etiam operibus lex? Quoniam minimè observabitur , si non observatur sic. Non est obedientia , que curiosa : & præscribitur modus observationis , ne comminatur legem regula vel glossa curiositatis. Proprium iudicium interpretatur perperam legem , quippe in commodum detorquet , & propriam utilitatem : & præscribit Moyses meditante legem , & legis modum ; quia obediens ad observantiam solummodo , debet habere iudicium. Sic facietis , si sic observaveritis :

ritis : igitur quicquid faciendum , pro obedientia , quasi nihilum , ni iuxta modum legis , & mentem Legislatoris. Innuit Hesiodus in *Dieb. & operib.*

Hesiod.

Observato modum : nam rebus in omnibus illud Optimum.

DIDASCALIA IV.

Conspiciuntur doctrina per opera, quam per verba.

Exemplum efficax.

Manil.

Senec.

Vivitur ad exemplum.

Manil.

Prædicatores aptati seculo.

lata gravitate persone (id est, larva) deprehenduntur, quales esse ignorabantur. Quicum, qui de Deo habitus est, sermonem venerati fuerint; illic cum relinquunt, ubi audierant: foris autem impij modis & amatorij canticis sese oblectant, plausu, temulentia & quovis cæno ac sordè oppleti. Hoc autem dum cantant & recantant, si qui immortalitatem antea celebrabant, tandem perniciosissimam mali malè canunt palmodiam. Nesciunt prædicatores, hoc scire; quia volunt ignorare, non ignorari. Hoccine, non sapere sed desipere. Quoties damnus docet Terefial! Vide *Monit. 3.* Quanta peltis ex conversatione facularium!

Cl. Alex.

Ex quo illorum perditione, vel inter-nâ corruptela manifesta.

Ovid.

S. Bened. Amor calidus cadit, si facilius viget.

Deut. 4. 6.

Lex operis perficitur.

Ag. 9. 15.

Muneris honor à prædicatore, nò prædicatoris à munere.

Quantum valeat exemplum , dicit & palam corruptela morum. Vivitur vicissim ad imitationem , & nequaquam ad virtutem. Trahitur vitium mutuo ab amulatore & exemplari. Inclinat ex hoc in hoc ; quanvis & meri corrupta fax. Bibunt omnes peccatores , quantumvis ambiguum sit , quis ex quo. Quilibet arcesit crimen , & ut ait Manil. *Astron. cap. 5. vers. 42.*

Sequiturque sequentem.

Inter causas malorum nostrorum est (inquit Senec. Epist. 123.) quòd vivimus ad exempla : nec ratione componitur , sed consuetudine adducimur. Quos si pauci facerent , nollemus imitari : cum plures facere cœperunt , quasi honestius sit , quia frequentius , sequimur. & recti apud nos locum tenet error , ubi publicus factus est. Hic igitur publicus error , quasi in rectum , amulationis criminum , procedit ex inefficacia contra iniquitates prædicantium : siquidem vigente semine scelerum in cordium perfida terra , ac in averruncationem exigente iustitia falcem in lollia; ubertas suppedatit verborum , ceterum nullum exemplum , nisi malum : ignorante sanè ipsa medicaminis intenta sollicitudine ; an scabies pastoris à grege , vel ovium prurigo à contagioso paitore.

Artem experientia fecit, Exemplo monstrante viam.

Ut canit Manilius lib. 1. *Astronom. cap. 1. vers. 62.*

2 Causam referendo plorat Clemens Alexandrinus lib. 3. *Pædag. cap. 11. Nunc autem , nescio quomodo (inquit) unâ cum locis figuram , habitumque , & mores mutant , non secus atque polypos dicunt petris , quibus adberescunt , videri quoque colore esse tales. Postquam ita excesserunt à congregatione , deposita illa divina inspiratione , multitudini , cum qua versantur , assimilantur. Vel fortè deposita falsa ac simu-*

Dum spectant oculi lesos , leduntur & ipsi. A sæculi actibus se facere alienum , ait SS. Patriarcha N. Benedictus , additque illico: Nihil amorj Christi præponere. Apta utique connexio : igitur amor in Christum refrigerat , imò cadit ; ubi in sæculum amor peccore viget. Mandata observabitis , & implebitis opere : dicit legislator rebelli populo. Quorsum *Opere* , si ex observantia designatur impletio? Quippe nulla observantia , si absint opera : opusque addit , ubi in legum observantiam populum urget quoniam verba , & plura verba non sunt legis observantia. Perfectio intenditur legis , in præcepto observantia; additque , postquam dixit , *Observabitis , opere legem implebitis* ; siquidem lex , que in observationem fulminat , opere tantum perficitur.

3 In munere prædicationis credito Doctori Genium , elucet exemplum in concionatorum exercitium. *Vas electionis est mihi (dicit Dominus Anania) ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel.* Coram omnibus , sapientibus & insipientibus ; & quibus prædicatio videbitur stulticia , & quibus scandala. In prædicatorem è cælo eligitur ; & etiam intuitus , quo celestis exiit prædicator. *Ut portet nomen meum.* En prædicationis peridus , ex qua fructus & uberrimus. *Ut portet nomen.* Iccirò prædicatio dicitur onus : & verè prædicat , qui officium portat : inanisque erit plausibilis prædicatio , si portatur concionator ab officio. Portare , est officio fervire ; & muneri respondere. Portari , sibi ex munere consulere : & ubi prædicatorem cœlum meditante eligit , eligit , ut munus portet ; quippequam sermo in conversionem audientium , & nullo modo ut portetur in plautum. Substantia concionantis minimè nititur verbis , sed vertitur valide in cardine operis ; ut deserviat in exemplum , quicquid à lingua prolatum. Hoccine onus offi-

cijs